complentur periodi LXIII. ferè, quæ colligunt in M. DCC. LX. annis periodos V̄. D. XLIIII. & in reliquis VIII. annis & diebus reuolutiones XVI. Proinde in V̄. D. LXVIII. annis, CC. diebus, XXXII. ſcrupulis excreuerunt poſt reuolutiones V̄. D. LXX. pt. CCLVII. ſcrup. LI. quibus differunt obſeruata loca, primus ille antiquus à noſtro, quæ etiam conſentiunt numeris, quos expoſuimus in tabulis. Dum autem part. XXVIII. ſcrup. X. cõparauerimus ad hoc tẽpus, q̃bus apogæũ eccẽtri motũ eſt, uidebitur in LXIII. annis ꝑ unũ gradũ fuiſſe motũ, ſi modo æqualis fuerit.

De præficiendis locis Mercurij. Cap. XXXI.

QVoniã igitur à principio annorũ Chriſti uſq; ad ultimã obſeruationẽ ſunt anni Ægyptij M. D. IIII. dies LXXXVII. ſcrup. XLVIII. in quibus eſt anomaliæ cõmutatiõis Mercurij motus part. LXIII. ſcru. XIII. reiectis integris reuolutiõibus, quæ dũ ablata fuerint à pt. CIX. ſcru. XXXVIII. remanẽt part. XLVI. ſcru. XXIIII. locus anomaliç cõmutationis Mercurij ad principiũ anni Chriſti, à q̊ rurſus ad principiũ primæ Olympiadis ſunt anni Ægyptij DCC. LXXV. dies XII. s. in q̃bus numerant̃ pt. XCV. ſcru. III. poſt integras reuolutiones, quæ à loco Chriſti deducta mutuata reuolutione una, remanet ad primã Olympiadem locus part. CCCXI. ſcru. XXI. Huic quoq; ad Alexandri mortem in annis CCCCLI. diebus CCXLVII. ſupputatiõe facta ꝑuenit locus ad partes CCXIII. ſcrup. III.

De alia quadam ratione acceſſus ac receſſus. Cap. XXXII.

PRius autem quàm recedamus à Mercurio, placuit alium adhuc modum recenſere priore non minus credibilem, per quem acceſſus & receſſus ille fieri ac intelligi poſsit. Sit enim circulus quadrifariam ſectus GHKP in F cẽtro, cui etiã paruus inſcribatur circulus homocẽtrus LM, ac rurſus cẽtro L, diſtãtiæ uero LFO, æq̃li ipſi FG, uel FH, alius circulus OR. Ponatur autem, quòd tota hæc forma circulorum